



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Juristæ, Advocati.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

*Apothecarii, Chirurgi.*

**S**Alubrem de miseria hominis reflexionem facies, si in Apothecis tot videoas vascula amore sanitatis sumenda licet naturæ adversantia. De quibus præter ea sæpè cum veritate dici potest *mors in olla*, & in cubiculis Chirurgorum tot instrumenta, quibus brachia, pedes hominis resecantur, vel in parte hac illa corporis fit apertura ad eximendum è vesica lapidem, vel ipsum hominis cranium aperitum. Essent plures in urbibus periti Chirurgi, si externi sine magnis expensis ob artis suæ excellentiam tribui incorrarentur, & Chirurgorum in urbibus filii parentibus succedentes, non contenti, quod barbam radere possint, per multos annos in castris vel magnis hospitalibus in arte sua se præviè excoluissent.

*Jurista, Advocati.*

**T**ot Santos non numerant, quot Medici, sed omnes *Advocatum habemus apud Patrem JESUM Christum* 1. Joan. 2. Cave ne ex Advocato fiat tibi Iudex irreconciliabilis. *Ubi est corpus [ Juris ] ibi congregantur & aquila*. Matth. 24. ingeniorum. Nolim jocari cum viris gravibus trito illo S. Ivo *Advocatus & non latro, öres stupenda !* sed oro Deum denuò, ut à Principibus ac Magistratibus genuini legum *Sacerdotes feligantur, iisque de tali provideatur sala-*

salario, ut honestè juxta statum suum vivere, & suis quoque prolibus providere possint. Pudendum sanè est, quod Morioni adulatori auctibus vanis, ne dicam malis tam multa impendantur millia ab exhaustis ad sanguinem usque subditis provenientia, & non dentur convenientia legum administris, ex quorum studiis ac laboribus regna & ditiones feliciter gubernari debent stipendia.

Pudendum etiam & dolendum est, si Juristæ, Advocati, Judices maligni dentur, de quibus dicitur Is. 24. *Terra infecta est, quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, nempe mutnegracum murva (lege retrogradè) faciunt rectissima curva. Dextera eorum repleta est muneribus.* Ps. 25. Et hinc sinistra judicia. *Injusticias manus vestre concinnant, in corde iniquitates operamini.* Ps. 57. Dum assumitis causas non fundatas, & vafitie ac ingenio vestro adversarium à punto principali dextrè abducitis. *Eliis vestris mandate, ut faciant justicias & eleemosynas.* Tob. 14. Et sic eritis de familiis benedictis à Domino. Nam propter veritatem & mansuetudinem, & justitiam deducet te mirabiliter dextera tua. Ps. 44. Qua componis acta vel scribis sententiam: *Beati, qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore.* Ps. 105. Sine respectu humano & erga omnes æqualiter. *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam.* (aliis administrandam primo quoquo tempore, non differendam, ut eò magis exhaustiantur bursæ clientum) *quoniam ipsi saturabuntur.* Matth. 5. Temporali etiam be-  
dicte-

232      *Pars secunda de elevatione  
nedictione.* Sæpè Advocatus lucri causa assu-  
mit causas clientum , quas benè agnoscit non  
esse fundatas. Ille tamen , qui nomen habet,  
quòd non assumat causas nisi benè fundatas , &  
in dubiis conetur partes componere , plus illo  
lucrabitur , & semper plures clientes accipiet.  
*Bonum mihi lex oris tui super millia aurum & argen-  
ti. Melius est nomen bonum quam divitiae multa.*  
*Super aurum & argentum gratia bona.* Prov. 22.  
Sive benevolentia Dei ac honestorum homi-  
num.

Sunt qui carpunt Germanos , quòd præ aliis  
nationibus plerumque filios suos non tantum  
applicent studiis inferioribus , sed & Juristas ac  
Doctores ex iis facere velint. Meum non est,  
sed illorum theses desuper defendere. Hoc ta-  
men puto , quòd multas inutiliter pecunias pro-  
fundant parentes pro filiis suis in studio juridi-  
co , si ingenio non excellant. Nam ex hujus  
defectu vel postmodum omnes nummi in cas-  
sum dilapidati sunt , vel si indocti ob nervum ,  
quem habent , ad officia honorifica , in quibus  
exacta juris notitia requiritur , promoveantur:  
id nocet communib[us] bono & privato , ut supra  
saemini.

### *Theologi.*

**C**Orpus quod corrumpitur , aggravat animam ,  
& terrena inhabitatio deprimit sensum multa  
cogitantem , & difficile astimamus , que in terra  
sunt (investigare v. g. naturas rerum , materiam ,  
for-